4292 I. o. m. H. Aug. | sacr., | Genio Forinarum[1] | et cultoribus huius | loci, Terentia Nice | cum Terentio Damari|one filio, sacerdote, et | Terentio Damarione iun. | et Fonteio Onesimo filio, | sacrorum[2], signum et basim | voto suscepto de suo posuit, | lustro eiusdem Damario|nis.

Romae olim in ecclesia quadam regionis Transtiberinae, nunc in Vaticano (VI 422 vidit Henzen). — 1) *Lucus Furrinae fuit trans Tiberim (Vict. vir. ill. 65); sed plane incertum num Genius hic Forinarum eodem pertineat (cf. Momms. CIL. I ed. 2 p. 323). Ara Forinarum memoratur in titulo lanistae, quem infra dabimus (= VI 10200).* — 2) *Sacrorum, idem quod a sacris.*

4293 I. o. m. | Heliopolitano | L. Virilius | Pupus B cos.[1], | v. s. l. m. | Ne quis in hac | ara porcos agi | facere velit.

Sisciae (III 3955 vidit Mommsen). — 1) *Beneficiarius consularis.*

4294 I. o. m. | Angelo | Heliop. | pro salute | imperator. | Antonini et | Commodi | Augg.[1] | Gaionas[2] | d. d.

Ad Portum Romanum rep. (XIV 24 vidit Henzen). — 1) *A. 177—180.* — 2) *Fortasse idem qui non multo post dedicavit titulum supra N 398 (cf. ib. not. 2).*

4295 Iovi o. m. H. prop.[1] | Philipa Hotarzabadi filia.

Massiliae in museo, ara protomis ornata (XII 404; Froehner Musée de Marseille p. 93 n. 223, quem secutus sum). Lapis ex Oriente ut videtur, fortasse Palmyra (ut putat Froehner), asportatus. — 1) *Propitio? (Froehner).*

4296 I. o. m. D. | et I. o. m. H. | Aurelius Do|mittius qu|m Fl. Casto|re et Aur. Maxim|u fratribus e|x iuso num|inis v. s. l. m.

Laibach, fortasse rep. in municipio Latobicorum (III 3908 vidit Mommsen).

4297 I. o. m. | Dulceno | Heliopolitan. | sacru. fecit T. | Aureli. Secu. | vete. leg. II Ad. p. [*f*.] | pro se et suis posu[*it*]. | v. s. l. m.

Aquinci (III 3462 cf. III S. 13366 vidit Domaszewski).

4298 I. o. m. | Comma|genorum [*ae*]|terno Ma|rinus Marian. Bas.[1], sacerdos I. | o. m. D. pro s. s.[2] | suorumq. o|mnium vot.

4299 I. o. m. D. et | deo Com|maceno (*sic*) | Aurel. | Marinus | [*et*] Adde|bar Seme|i et Ocea|nus So|cratis sa|cerdotes | v. l. p.[3]

Zalatnae, ubi fuit Ampelum Daciae (III S. 7834. 7835 exceptis paucis litteris vidit Domaszewski). — 1) *Cf. supra N. 3007 not. 1.* — 2) *Pro salute sua.* — 3) *Votum libentes posuerunt.*

4300 I. o. m. D. et deo paterno | Comageno M. Aur. Ap|ollinaris dec. m. Mur|selensium[1] v. s. l. m.

Surduk (non longe a Sirmio) rep., arae duae, quarum inscriptiones vix differunt (III S. 10243 vidit Domaszewski). — 1) *Decurio municipii Mursel(l)ensium (Mursella sive Mursa minor prope Mursam).*

4301 I. o. m. | Duliceno | ubi ferum (*sic*) | [*nascit*]ur[1] | . . . (*A sinistra*) T (*a dextra*) E.

Pfünz ad limitem Raetiae rep. iuxta castra cohortis primae Breucorum, tabella aenea (III S. 11927 vidit Hirschfeld). — 1) *Similiter N. 4302. 4303. Ipsa res obscura.*

---

archive.org